

& susanna erat in eis: Dicunt ergo cecoliteru: Tu quid dicis  
de eo qui aperuit oculos tuos? ille autem dixit eis: Qui  
a propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo quia  
cecus fuisset & uidisset donec uocauerunt parentes  
eius qui uiderunt & interrogauerunt eos dicentes:  
Hic est filius uester quem uos dicitis quia cecus natus  
est quomodo ergo nunc uidet? responderunt eis pa  
rentes eius & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster  
& quia cecus natus est quomodo autem nunc uideat ne  
scimus aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: Ip  
sum interrogate & scitem habet ipse de se loquatur:  
Hæc dixerunt parentes eius quia timebant iudeos:  
Iam enim conspirauerant iudei ut si quis eum confiteretur  
christum extra sinagogam fieret: Propterea parentes ei  
dixerunt quia scitem habet ipsum Interrogate:  
Uocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cecus &  
dixerunt ei: Da gloriam deo: Nos scimus quia hic homo  
peccator est: Dixit ergo ille: Si peccator est nescio:  
Unum scio: quia cecus cum essem modo uideo: Dixerunt  
ergo illi: Quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos?  
respondit eis: Dixi uobis iam & audistis quid iterum uul  
tis audire? Numquid & uos uultis discipuli eius fieri?  
maledixerunt ei & dixerunt: Tu discipulus illius sis:  
Nos autem moysi discipuli sumus: Nos scimus quia moysi  
locutus est deus hunc autem nescimus unde sit: Respon  
dit ille homo & dixit eis: In hoc enim mirabile est:  
quia uos nescitis unde sit & aperuit meos oculos: Scimus  
autem quia peccatores deus non audit sed si quis diuinitate  
est & uoluntate eius facit hunc exaudit: A seculo  
non est auditus quia aperuit quis oculos cecinati: